





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-382755-p0002-4

DFG

132.

DEO DUCE, AUSPICE CHRISTO.  
DISPUTATIO JURIDICA  
*de*  
LEGITIMA DEFENSIONE

*Quam*  
*Autoritate & Consensu*  
Magnifici ac Nobilissimi Antecessorum Ordinis in  
Illustri propter Salam Academia.

SUB PRÆSIDIO  
VIRI Pra-Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi atq; Excellentissimi

DN. JOH. VOLK. Begemanns/  
Hereditarii in Obern-Trobra / JCTi &  
Antecessoris Celebratissimi, Consiliarii Saxonici Emi-  
nentissimi, Curiae Provincialis, Facultatis suæ & Scabina-  
tus Assessoris Gravissimi,

Domini Preceptoris, Patroni, & Mæcenatis Magni,  
immortali honore atq; filiali observantia colendi,  
In Auditorio JCTORUM

*Ad diem April.*  
Horis antemeridianis consuetis  
Publico Examini submittit

GEORGIUS HEINRICUS Rauchmaul,  
Gothanus,  
AUTOR & RESPONDENS.

---

JENÆ, TYPIS JOHANNIS WERTHERI,  
ANNO M. DC. LXIX.



AA

DISTOT AIO TURKIA

БСАМІТІО  
ДІСІСІВН



JESU mediante!

## ANTELOQUIUM.

Um LEGITIMÆ DEFENSIONIS materia sit ex numero eorum, quæ quotidiè & frequenter occurunt, quotidiana autem & frequentissima plenius esse tractanda docet Jctus Ulpianus, in l. 1. pr. ff. de susp. tut. & Paulus in l. 25. de liber. leg. quapropter me contra prædictos Jctos non facturum arbitror, si paulò diligentius. L. D. cognitioni inhærens, ea, quæ ad pleniorum intellectum facere videntur, in medium adduxero. Materia quippe in Cathedra non rara, in foro quotidiana & frequentissima. Cæterum utilitatem hujus materiæ sesquipedalibus extollere verbis, multisque exornare encomiis displicet; maximè cum meminerim illius, quod ait Comicus: Vino vendibili non opus est suspensâ hederâ. Ut autem B. L. statim patescat, quam mihi in hac disputatione proposui Methodum, lubet eam in antecessum paucis adumbrare; imitatus sedulas apes, quæ flores ad mel conficiendum idoneos carpunt, deinde quicquid attulerunt, disponunt ac per favos digerunt. scil. constabit hic noster discursus 7. Capitibus: quorum in I. acturus sum de Definitione Nominali, Reali & divisione. In II. de ejusdem Causa Efficiente. In III. de Materia seu Objecto. In IV. de Forma. In V. de Fine & Effectu. In VI. de Affinibus & Repugnantibus. in VII. de Probatione L.D. Quò autem bene universa gerantur, cùm fieri oporteat

A 2

princ.

principium decens & amabile DEO, juxta Sacratissimi nostri Imper. Justiniani præceptum in *Nov. 6. princ.* illius ad exemplum in proæmio Instit. in *N. D. N. I. C.* exordior

CAP. I.

De Definit. Nominali, Reali  
& Divisione.

S. I. Non minus usu receptum quam Laudabile est institutum, ut antequam quis rem ipsam, qua de in scriptis acturus publicis, aggrediatur, ejusdemque vel veritatem vel falsitatem per causas demonstret, nominalem ejusdem rei tractationi præmitat definiti-  
2. onem. Quamvis enim potior sit tractatio rerum, *l. 17. ff. de LL.* nominis tamen prior habenda est ratio *l. 1. princ. ff. de I. & I. l. 7. ff. in f. de suppell. leg.* cognito enim usu vocis, sèpè in cognitionem ipsius rei inducimur, monente *Arist. III. Metaph. 5.* Accedit, quòd sine nominis cognitione rem velle cognoscere, sit tempus  
3. perdere. *Dn. Tabor jurisprud. method. P. 3. sect. 4. tb. 2.* Hinc haud sinistrè me facturum existimarim, si priusquam ad rem ipsam descendam, vocis indagationem præmitterem. Constat autem rubrica dissertationis nostræ ex duobus vocabulis; prius quid denotet, notum est. Posterior quod attinet observandum est, non  
4. unius generis esse vocis hujusce deductionem. Quidam enim ipsam deducunt ab antiquo verbo *fendo*, quod significat ad itam concito, hostiliter aggredior, & *fensus* illis idem est ac iratus. alii  
5. *fendo* à *Q̄sv̄* occido. *v. Mart. in Lex. Phile. v. fendo.* Nos ei sententia nostrum addimus calculum, quâ idem denotat ac tutio adversus vim ac impetum. & defendere eo sensu idem est ac  
arcere & averttere. ETYMOLOGIAM excipit HOMONYMIA. Illa autem apparebat ex diversa vocis acceptione, mens quidem mea non est omnes evolvere, sed tantum frequentiores, & hac vice occurrentes. Accipitur enim defensio I. *Latissime* pro quacunque tutione, adversus quamcunque vim, ita ut etiam brutis competit. II. *Latè* pro defensione quæ hominum propria est. III. accipitur pro *Advocatia seu protectione* quæ pertinet ad torum *v. Speidel.* in.



40

in v. Schus und Schirm. IV. strictè pro cā defensione quæ propter aliquam necessitatem, necessaria dicitur. V. Strictius pro cā quæ vulgo ex ipso naturæ instinctu est, diciturque Necessaria in specie, quia non, nisi extremum periculum vel vitæ vel famæ postulet, adhibetur, in quā acceptance nobis hīc sumitur. Et quis omnes Defensionis enarrabit acceptiones? Vide sis Lexicographi passim. HOMONYMIAM rectè comitur SYNONYMIA. 6.  
Defensio nostra dicitur alio nomine extrajudicialis t. t. C. quand. lic. unic. se sin. jud. l. 4. C. ad L. Corn. de Sicar. Inculpata tutela. l. 1. ibid. Dd. C. unde vi. Legitima. l. 1. C. unde vi. l. 3. ff. de j. & j. Moderamen inculpatæ tutelæ dicit. l. 1. Vindicta licita. l. un. C. de Raptu virg. Homicidium necessarium, item Necessaria defensio. Magn. Dn. Struv. in Eleganti suo Tractatu de vind. Priv. cap. 4. p. 34. Nostrates exprimunt hanc defensionem ita: Eine rechte entschuldigte Noth- und Gegenwehr zu Rettung Leib und Lebens. Exposita quodammodo definitione nominali, ad realem me converto, quæ contemplatione rei absolvitur. Hanc missis aliis ita describo.  
**DEFENSIO LEGITIMA EST VIS INJUSTÆ SIVE INSTANTIS SIVE ILLATÆ PROPULSATIO.** Hæc descriptio licet ad cuiusvis palatum præparata non videatur, rei tamen explicandæ benè convenire arbitror, enodationem autem ejus ita trado & quidem I. per Vim intelligo impetum rei majoris & vim atrocem, quæ contra bonos mores fit. II. adjicitur IN JUSTA, unde excludo vim quam Magistratus jure infert licito & jure honoris quem sustinet. l. 1. 2. & 3. §. 1. ff. quod metus causs. III. PROPULSATIO, per quam corpus defendimus, atque vim vi repellimus l. 3. de j. & j. l. 1. §. 27. ff. de vi & vi armat. quæ conjuncta interdum cum vulneratione, interdum cum occisione aggressoris. l. 4. l. 5. ff. ad L. Aquil. l. 3. C. ad L. Corn. de Sic. Peractâ definitione pergo ad DIVISIONEM, ut potè quā omissa maxima oriri solet absurditas. Inter varias autem Defensionum distinctiones ac divisiones omnium vulgarissima est, quando Defensio dividitur in PERSONALEM & REALM. Personalis est, si quis aut à se aut ab aliis vim imminentem aut illatam propellit. Realis est, quando quis à rebus vim repellit, vel quando quis res aut bona contra vim defendit. Obrecht de Necess. Defens. n. 2. & 3. cap. 4.

A 3

CAP.



## CAP. II.

## De Causa Efficiente.

§. I. Aggredior nunc specialiorem causarum evolutionem, quæ latissimum de L. D. differendi campum: in eâ vero primo loco se offert CAUSA EFFICIENTS. Hanc duplē statuo, REMOTAM ET PROPINQUAM. Remota sunt JURA tūm GENERALIA tūm SPECIALIA. Illa quod attinet, patet. I. Secundum Jus DIVINUM ex text. notab. Exod. 22. v. 2. ubi dicitur: Quod si fut perfo diens domum occidatur, occidens non est reus sanguinis, illumq; textum alleg. S. Tho. secunda 2. q. 64. art. 7. volens probare, quod longè magis liceat occidere pro defensione vitæ, & arguit, si pro rebus longe magis pro vita. Damboud. Prax. Crim. cap. 78. num. 1. Dn. Carpz. Prax. Crim. part. 1. quest. 28. n. 5. Et probatur ex Genes. C. 14 v. 14. Levit. 19. v. 18. Luc. 10. v. 27. ubi habetur: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Ergo non minus nos ipsos, quam proximum diligere tenemur; cum ordinata charitas incipiatur à se ipsa. arg. l. 6. C. de Serv. Et ag. Probatâ nostrâ sententia quo ad jus divinum, proximum est, ut II. ad jus NATURALE pedem moveamus, ubi fundament. est in l. 3. ff. de j. Et j. l. 4. ad L. Aquil. l. 45. §. 4. eod. l. 1. §. 27. de vi Et vi arm. C. jus naturale. 7. dist. 1. omnibus enim animantibus vitæ ac corporis innata est defensio. Natura quoque pleraque animantia nativis instruxit armis; Cetvum, Bovem, Taurum, Cornubus; Ganem, Lupum, Dentibus; Leonem, Ursam, Felem & similia unguibus; Equum, Calce; accipitrem, adunco rostro; Scorpionem, caudâ venenatâ; quid? quod, Leporibus pro armis dedit natura fugam, Vulpibus calliditates. v. Arist. in Hist. anim. Confirmat hoc Cicero; Principiò, dicens, generi animantium omni est à naturâ tributum, ut se, vitam corpusque tueatur, declinetque ea, quæ nocitura videntur. Lib. 1. de Offic. Aggredior nunc III. jus GENTIUM, de hoc est text, in l. 4. ff. ad L. Aquil. §. i. Inst. de I. N. G. Et C. jus Gentium enim nihil aliud est quam ratio naturalis, inter homines diffusa, & divinâ quadam providentiâ constituta §. ii. Inst. eod. Nam cum ex naturali ratione hominem homini insidiari nefas sit, quia natura inter nos cognationem quandam constituit, con-

1ca

40

sequens est, ex eadem ratione vim vi repellere atque ita se defendere fas esse l. 3. de j. & j. l. 4. ad L. Aquil. modo fiat cum mode-  
xamine inculpatæ tutelæ §. 2. Inst. ad L. Aquil. illa igitur necessa-  
ria defensio est licita & caret peccatō. Magn. Dn. Richter, JCtus  
famigeratissimus Patronus & Praeceptor meus sempiternā pietate ob-  
servantissimus. Part. 1. Conf. 47. n. 33. f. 302. & Vol. 2. conf. 420.  
n. 5. f. 1218. Pergimus IV. ad jus CIVILE, quia hoc confirmata  
tum est Naturali & Gentium jure. l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. l. 1.  
C. unde vi. l. 2. l. 3. C. ad L. Corn. de sic. l. 3. §. 9. in verb. sed hoc  
confestim, non ex intervallo. ff. de vi & vi arm. P. H. D. art. 139.  
140. 142. Mascardus de Probat. V. 1. concl. 489. num. 13. & seqq.  
Depropero V. ad jus FEUDALE, & textus est 2. Feud. 27. in Princ. 5.  
Cujus verba cum rem hanc bene illustrant, non pigebit adscri-  
bere; Si quis, statuens, hominem intra pacem constitutum oc-  
ciderit, capitalem subeat sententiam, nisi per duellum hoc pro-  
bare possit, quod vitam suam defendendo illum occidit ( pacem  
enim non violat, qui se, vel filium, vel conjunctum vel bona sua  
defendens alium interficit ) Si autem omnibus manifestum sit,  
quod non necessariò sed voluntariè illum occiderit; tunc neque  
per duellum, neque quolibet alio modo excusabitur, quin capita-  
lii damnetur sententia. Sequitur VI. jus CANONICUM quia & 6.  
hoc jus, Naturale & Gentium, in materia L. D. approbat c. in-  
terfeciisti. 2. ibi: tetuag, liberando. c. § perfodiens 3. in fin. ibi: si se  
telo defenderit. c. significasti 18. ante fin. ibi: Vim vi repellere o-  
mnes leges & omnia iura permitiunt x. de homicid. Hæc specia- 7.  
lia scil. quod spectat, refero illuc præprimis CONST. CRIM. CAROL  
V. ut & Jus SAXONICUM, respectu illius probbo ipsam Defensionem.  
per art. 140. ibi: So einer jemand mit einen tödlichen Waffen  
oder Wehr überläuft/ ansicht oder schlägt/ und der Bedötigte kan  
füglich ohne Fährligkeit oder Verlezung seines Leibes/ Lebens/ Ehr  
und guter Leumuths nicht entweichen/ der mag sein Leib und Leben  
ohne Straff durch eine rechte Gegenwehr retten &c. R. I. de An.  
1530. S. damit aber/ & 1542. S. und wo Hujus vero ratione vel 8.  
luce meridiana clarius est, posse ipsam illam deduci ex LandR.  
Lib. 3. art. 78. post med. ibi: Verwunder ein Mann seinen Herrn/  
oder schlägt ihn zu tod/ in Nothwehr seines Lebens; oder der Herr  
den:



den Mann/ er thut daran wieder seine Tere nicht/ ob die Nothwehr  
mit Recht bewiesen würde. Weichbildt. art. 83. n. ii. in v. auch so  
einer den andern in Nothwehr tödete. Cui etiam novissimè acce-  
dit Elector: Saxonie, August: Constit. provinc. 8. § ii. part. 4.  
9. Oppidō hīc Q. incidit: An is qui omittit L. D. peccet? A. pec-  
cat enim I. In creatorem suum, non enim nobis, sed domino vi-  
vimus. II. In Naturam, ejus enim præcepta violat. vid. Magn.  
Dn. Praes. Præceptor, Patronus atque Promotor meus magnus, cui  
labens qualem qualem meam juris studii notitiam grata mente in ac-  
ceptis reffero in Comment. suo ad ff. Tom. i. part. i. f. 15. num. 43.  
III. In seipsum, qui enim consentit in sui injustam imperfectio-  
nen, ille utique peccat: talis verò videtur consentire, eò quod  
possit prohibere ne occidatur, adeoque cum permittat se occidi,  
consentit. arg. l. 50. de R. f. IV. in proximū, cui malum exemplum  
præbet, quemque ad majora flagitia irritat. V. in uxorem (si  
quam habet) quam marito privat. VI. in Liberos, quibus se-  
fuosque labores ante tempus subducit. Theod. Coll. crim. disp. fin.  
tb. 6. lit. B. VII. in Rempubl. quam civi privat, quilibet enim  
homo, est pars civitatis, & non sibi solum natus, sed patriæ & suis  
10. Magn. Dn. Praes. d. l. Hactenus explicavi Caulam Effic. remo-  
tam, sequitur nunc Propinqua, quæ est vel PRINCIPALIS vel IN-  
STRUMENTALIS. Principalis est omnis homo, in quem fit violentus  
impetus, & qui vita à se propulsat. Nec distinguo I. inter SE-  
XUM, quō alii sunt masculi alii fœminæ, propter generalitatem  
l. 3. de j. & j. in v. Quisque, quo omnes significantur l. i. de V.S. qui  
verò omnes intelligit nullum excludit, atque ita non tantum Ma-  
sculo sed & fœminæ competit hæc defensio, quippè quæ homo  
est, & appellatione hominis continetur. l. 152. de V.S. nec II. in-  
ter CONDITIONEM personarum quæ enim juris Gentium sunt, o-  
mnibus hominibus competit. l. 9. ff. de j. & j. Hinc permitti-  
tur hæc defensio Nobilibus ac Ignobilibus, Imperantibus ac Pa-  
rentibus, Præceptoribus ac Discipulis, Dominis ac Servis. Nec  
III. inter ORDINEM, competit enim Clericis & que ac Laicis. nec  
IV. inter ÆTATEM undē Puer, Adolescens, Vir, Senex se legitime  
defendere possunt. nec V. inter LOCUM sive sit Privilegiatus ut  
in Curia, Foro, Templo; Hinc Sacerdos coram Altari aggressus,

de

16

de Altari recedere, aggressorem & insultantem occidere, ac in continentia ad sacra perficienda redire potest. arg. c. significasti. 18.  
extr. de homic. Gail. 2. O. 110. n. 12. Magn. Dn. Ricbeer. P. 1. dec. 2.  
n. 3. Magn. Dn. Praef. in Comment. ad ff. T. 1. P. 1. f. 14. n. 40. sive non. Eusius quidem hæc potuissent deduci, pluraque exempla addi, sed ne disputatio hæc modum præscriptum excedat, aliquid desiderans adire potest Dd. hanc materiam tractantes, quorum magnum suppeditabit numerum. Gail. Damboud. Theor. Obrecht.  
Carpz. & alii, quos vide sis. Hic scisitari lubet I. An Bannitus se defendere possit? Hæc Q. tam controversa & dubia est, ut Imperatoria decisione & sanctione pragmatica opus sit, diversæ hac de Q. Dd. sunt sententiae. Sunt qui negant, proferuntque sequentia: Ubi offensio justa, ibi defensio est injusta arg. l. 4. C. de his qui ad Eccl. 1. 5. C. de jur. Fisc. At Banniti offensio est justa. v. Const. Pac. publ. Rubr. Von Pein der Friedbrecher. O. C. part. 2. 1. 9. v. So bald auch ibi. sollen derselben Leib und Geth allermänniglichen erlaubet seyn/ und niemand daran freveln/ oder verhandeln können und mögen. Magn. Dn. Struv. de vind. priv. C. 3. p. 30. Damboud. in prax. Crim. c. 67. Filiucius. quæst. moral. T. 2. tract. 29. c. 2. n. 23. ubi limit. dummodo quis Zelo justitiae & amore patriæ inflammatus, non vindictæ privatæ cupiditate percitus interficiat. Sed his non obstantibus affirmativæ sententiae luf. 12. fraganeutn adjicio calculum, quam fovent Bl. Zafius, Salomonius, Carrer, dicentes, absurdum esse homini non licere vindicare corpus suum, cum tamen hoc ne brutis quidem animantibus unquam denegatum fuerit. Civilis enim ratio civilia quidem jura tollere potest, naturalia non utique §. 11. Inst. de j. N. G. & C. Naturalis autem defensio, quæ nec ipsi Diabolo deneganda Clem. paſt. deſent. & rejud. nec bannito adimi potest. Theodor. in Coll. Cr. disp. II. theſ. 4. lit. A. Et licet Princeps jus Naturæ & Gentium ex legitimâ causâ aliquid addendo vel detrahendo limitare possit l. 6. de j. & j. Planè tamen abrogare & ab eo recedere nequit. dict. §. 11. Rectissimè igitur banniti ſeſe contra vim defendunt. Gotbofr. in notis ad L. 4. ff. ad L. Aquil. Obrecht. C. 5. num. 10. Hinc est quod nec filius patrem bannitum occidere possit, quia ut 13. Pater bannitus occidatur à filio, pugnare videtur cum pietate &

B

chari-



charitate patri debitā, arg. l. 38. §. 9. ad l. jul. de adult. Nov. 12. c. 2.  
in fin. ibi; licet legum contemtor & impius sit, tamen pater est. Si-  
militer nec uxori licet occidere maritum bannitum, quippe  
cum contra reverentiam, quae maritis exhibenda est, id esse ap-  
14. paret. Magn. Dn. Struv. de V. P. c. 3. pag. 31. INSTRUMENTALIS est  
omne id, quo vis illa repellitur, sive sit gladius sive bombarda sive  
aliud armorum genus. Nam arma non solum galeas, gladios,  
hastas, bombardas & similia instrumenta continent; verum et-  
iam Lapidē, fustes, cultros, pugiones. l. 3. §. 4. ff. de vi & vi arm.  
15. l. 9. ff. ad l. jul. de vi publ. l. 233. §. de V. S. Gædd. in l. 41 ff. d.t. Non  
inconcinne Q. II. An contra Parentes, qui limites paternæ casti-  
gationis præscriptos transgrediuntur, licita sit liberis defensio,  
ita ut illi impunè occidi queant? pro decisione hæc primo sunt  
observanda: Si Liberi conceptam parentis iram nullo alio reme-  
dio, uti verbis, lenire queant, fugâ salutem quærant; si vero aufu-  
gere impediantur pro viribus verbera ictusve declinent & aver-  
tant; si tandem eò angustiarum redigantur, ut ipsos illos ictus  
nullo modo evitare possint, omni jure sanguinem parentis ef-  
16. fundere poterint. Id quod probatur his rationibus. I. Quia Patria  
Potestas non in atrocitate sed in pietate, qua filium castigans non  
dicitur vim inferre, sed omnia morum formandorum gratia fa-  
cere, consistere debet l. 5. ff. ad L. Pomp. de parric. add. l. 35. de relig:  
& sumt. fun. II. Filius hoc in casu aggressorem, non vero patrem,  
imò Latronem necat. dict. texx. III. Quia hodiè jus vitæ & necis,  
quod olim ipsis competebat. l. 11 in fin. de Lib. & Postb. in filios ces-  
sat. l. un. C. de emend. propin. IV. quia ordinata Caritas incipit à se  
ipsa, ac insanus dicitur, qui ita diligit alterum, ut se ipsum negli-  
git. V. quod injustum vitæ aggressorem occidere liceat. Magn. Dn.  
Struv. d. l. c. 4 p. 45. Magn. Dn. Präf. in C. ad ff. T. 1. P. 1. f. 14. n.  
17. 40. Diff. Obrecht. c. 5. n. 19. & alii. Non immeritò III. hic Q. An  
adversus Præceptores modum in castigatione excedentes, licita  
sit discipulis defensio? Affirmantium cohorti ad stipulor; ubi-  
cunque enim eadem est ratio, ibi idem jus est statuendum. l. 32 ff.  
ad L. Aquil. Præcipue cum docenti levis saltem castigatio permis-  
18. sa sit, & emendatio tranquillo animo fieri debeat. IV. Q. An sub-  
ditis contra Magistratum? A. quando nempe cancellos jurisdi-  
ctio-

10

ctionis suæ egreditur, limitesque suæ potestatis transit, illi impunè non paretur *Aet. 5. v. 29.* illiq; resistere ut privato, omnes leges omniaque jura permittunt *l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. l. 29. §. 7. d. t.* & si vi aliquem invadit, vi rectè repellitur. *Obreche. c. 6. n. 33. Magn. Dn. Struv. d. l. non enim Magistratui alteri inferre licet injuriam. l. 32. ff. de injur. nec injuriarum occasio inde nasci debet, unde jura nascuntur. l. 6. C. unde vi. V. Q. An mares se contra Fæminas vim<sup>19.</sup>* intentantes jure defendere possint? Resp. quamvis nonnulli Φιλογύναιοι pro fæminarum causa acriter pugnant: Ego tamen affirmativam rationi & LL. magis esse consentaneam statuere haud vereor, utpote cum ipsa omnino experientia, communis omnium Magistra, sat abundè doceat, dari interdum viragini, animum protus virilem muliebri in corpore gestantes, à quibus hujusmodi quid admitti posse cur mirum? imò & posse vitum à muliere interacioni tradi juris interpretes sat expresse docuerunt. Hinc Carol. V. Imper. in P. H. D. art. 144. viro adversus fæminam à semet occisam moderaminis inculpatæ tutelæ exceptio nem permittit in illis: wiewohl nicht leichtlich ein Weib einen Mann zu einer entschuldigten Nothwehre Ursachen mag/so wäre doch nicht unmöglich/ daß ein grausam Weib einen weichen Mann zu einer Nothwehre dringen möchte / und sonderlich so sic sorgliche und er schlechte Wehre hätte. vid. ad d. art. Marb. Steph. VI. Q. 20.  
An uxores contra maritos. A. Quando maritus immoderatè & sine causa ipsas plagis excipit & tractat, cum maritalis potestas potius in amore, quam in sævitia consistere debeat. arg. l. i. C. de emend. propinq. imò propter sævitiam mariti intolerabilem à viro proiussus separati debet. *Habn. ad Wes. tit. de ritu. nupt. Quid?* quod Pontifex c. 8. X de Restit. Spol. jubet sævitiam abesse à Marito, adeò ut si mulier propter sævitiam à viro aufugiat, non sit cogenda, ut redeat, nisi præstita idonea cautione de non inferendo malo. Hinc suadent Dd. abstinendum esse maritis à verberibus, nisi summa necessitas exigat. *Magn. Dn. Struv. C. 8. p. 78. n. 13. Cæ- terum antequam hinc abeat, non præter rem erit prius dispice-re VII. An L. D. permitta sit adverlus Bruta, Furiosos, mente captos, Ebrios & noctambulones?* A. Quia nullus tam occidentis, quam occisi respectus habetur. *l. i. §. 2. ff. ad L. corn. de sic. Obreche.*

B 2

Tract.



*Tract. de Nec. def. cap. 6. n. 57. & seq.* Nam licet hæ personæ mentis judicium & affectum vim faciendi seu injuriandi non habeant, sed circa propositum vim inferant: nihilominus tamen quia ratio l. 3. de j. & j. in verb. quod quicq; ob tutelam corporis sui fecerit, tam contra eum qui absque proposito, quam qui cum proposito nos aggreditur, militat, & sic sola vis & factum resp. defensionis sufficit, jure nos contra eos, tanquam aggressores defendimus, *Boc. de duell. c. 10. n. 17.* ac omnibus notum esse debet commune illud juris bocardicum (*quod ratio doctis, necessitas barbaris, mos gentibus, natura feris prescrifit.*) VIM VI REPELLERE LICET. defensor enim propriæ salutis in nullo peccasse videtur. l. 3. C. ad L. cor. de. sic. Ob defensionem a. multa admittuntur, quæ regulis juris alias contrariari videntur. *Carpz. Dec. illust. 41. n. 17.* sed mihi properandum est ad

### CAPUT. III.

## De Materia seu Objecto.

**S. I.** Postquam Cap. præced. perlustravi Causam L. D. efficientem, OBJECTUM nunc ejusdem considerandum, ratio institutæ Methodi nobis proponit. Geminum a. est, vel PRIMARIUM vel SECUNDARIUM. Primarium sunt personæ NECESSARIÆ & EXTRANEA. Necessariæ sunt v.c. Parentes, Liberi, Fratres, Conjuges, Affines ac Consanguinei, & ob necessaria officia ipsis præ cæteris debita, rectè à nobis defenduntur, quâ etiam ratione Pater tenetur filium, & vice versa Filius Patrem, defendere, cum ii penè eadem persona intelligantur. *l.f.C. de Impub.* Sic Frater Fratrem quia sunt quodammodo partes & viscera unius corporis. *Dn. Carpz. Præx. Crim. Part. i. Quæst. 32. n. 5.* Conjux conjugem eò quod Maritus & uxor pro una persona habeantur, & una caro unaq; anima sunt. *Dn. Carpz. d. l. n. 7.* atq; ita iis omnia communia existimantur. *Genes. 2. vers. 24.* Affinis Affinem, Consanguineus Consanguineum, nam uni ex his injuria facta, etiam reliquos onerat. *Magn. Dn. Richter V. 2. conf. 124. f. 545.* *Magn. Dn. Strauch. Vir 2. certè summi & pleni ingenii. Dissert. 29. apb. 7.* Modo observetur moderamen inculpatæ tutelæ, ac quis commodè & sine periculo proprio facere possit. *Theoder. Pr. Cr. diss. fin. tb. 4. lit. D. & hic*

40

hic casus semper excipitur, nemo enim ad opem ferendam pericitanti cum vitæ suæ periculo tenetur. Ac quilibet regulam diligendi proximum à semetipso accepit. can. 8. c. 23. q. 5. cum omnes homines malunt sibi melius esse quam alteri. Concordat huc illud Senecæ: *Dabo egenti, sed ut ipse non egeam;* succurram perituro, sed ut ipse non peream. Possem quidem plura hic adducere, verum cum *Damboud.* *Prax. Crim. c. 80.* *Dn. Carpz. d. l. q. 32. n. 1. 2. 3. & seqq.* ac alii adeò latè has personas & totam de his materiam tractarunt, ut his addens, noctuas, quod dicitur, Athenas ferre, & post Homerum Iliada scribere velle mihi videatur, ad eos, cum transscribere quid laboris non ingenui sit, uti loquitur *Glossa in l. 1. ff. sol. matr. B. L.* remitto. EXTRANÆ PERSONAE hic sunt, quibus nulla speciali obligatione vel affectione devincimur. Hinc Q. an defensio pro hisce offensis suscipi queat? A. Illudque omni jure fundatum, ita ut etiam extraneum de salute suâ periclitantem defendendo, occidens, modo moder. inculp. tut. observavit, à poena liberandus sit. *Salom. ad l. 3. de j. & j. Ayrer. in tract. de homic. nec. p. 1. n. 250.* Probo autem illud I. Jure DIVINO. *Lev. 19. v. 18.* *Mattb. 22. v. 39.* *Luc. 10. v. 38.* *Prov. 24. n. 11.* II. Jure NATURALI. Cum cognatio naturâ inter omnes homines intercedat. *l. 3. de j. & j.* præser-tim inter Christianos, qui fratres nuncupantur. *Mattb. 22. v. 39.* *Exod. 2. v. 12.* Huc facit quod Cicero dicit. *lib. 1. offic.* Qui non defendit, nec obstat, si potest injuriæ, tam est in vitio, quam si parentes, aut patriam aut Socios deserat. Et illud Ambrosii: Qui non repellit injuriam à Socio, si potest, tam est in vitio, quam ille, qui facit. III. Jure CIVILI. Quod boni publici curam gerere præcipitur. *l. 4. ff. de Nov. Op. Nunc. l. 2. §. 5. ff. de aq. & aq. pluv. arc.* Clarius hoc exprimit P. H. D. art. 150. ibi: So einer zu Rettung eines andern Leib/ Leben oder Gsch/ jemand erschlägt. IV. Jure CANONICO. c. 5. caus. 23. q. 3. c. 54. caus. 2. q. 7. Hactenus de Objecto primatio, ratio ordinis nunc requirit ut jam ad SECUNDARIUM discursum meum vertam, sunt autem RES & FAMA. RES optimo jure sunt defendendæ, quia, ut dici solet, sunt alter sanguis hominum jux. *Gloss. in l. 14. C. de adv. div. jud.* ut autem deficiente sanguine homo vivere nequit, ita etiam deficien-

sicientibus bonis vitam suam sustentare minime poterit. Ob.  
rechr. c. 3. n. 12. Boér. dec. 163. n. 3. Accedit, quod opes, bona &  
res, ad vitam conservandam necessariæ, viscera hominis appell-  
g. lentur. Carpz. Pr. Cr. P. 1. q. 32. n. 14. Num verò ob propugna-  
tionem ac conservationem earum occidere invasores liceat, me-  
ritò Q? Ego vel Affirm. sustinerem, dummodo, I. Defensio re-  
rum cum vitæ & corporis periculo conjuncta sit, puta si quis  
cum armis veniat & alienas res occupet. l. 3. S. 9. ff. de vi & vi-  
arm. l. 54. S. 1. de furt. l. 9. ff. ad L. Cor. de sic. Wes. conf. 19. num. 52.  
vel alio modo res conservari aut recuperari nequeat, & hoc sit si  
per vim aufert, tunc enim non saltem pro retinendis rebus, sed  
principaliter pro conservanda vitâ licite occiditur. Bachov. ad  
Treutl. Vol. 2. disp. 32. thes. 6. lit. S. Felin. in c. 2. verb. te tuag. de  
homic. n. 4. Constat enim magnam differentiam esse inter de-  
fensionem rerum ac vitæ; Vita enim hominis semel amissa re-  
cuperari nequit: quid? quod præferenda est quibusunque re-  
bus etiam pretiosissimis, res verò ablatæ actionibus & interdictis  
repeti possunt. Sola enim rerum incorporalium jactura nemini  
nem commovere debet, ut aliquem interficiat. c. suscepimus de  
6. homic. II. Ut hoc procedat, requiritur ut sint magnæ res, & bo-  
na ampla, quæque magni precii sunt. arg. l. 52. ff. ad Leg. Aquil.  
minuta enim non merentur talém defensionem, huic consonat  
regula illa notissima: Quod minima non sint in consideratione.  
l. 4. ff. de in integ. rest. Si enim parcitur famæ hominis pro re-vili,  
multo magis parcendum est vitæ. l. 38. S. 9. ff. ad L. jul. de adult.  
Damboud. Pr. Cr. c. 78. n. 4. Pluta de rebus & bonis qui volunt  
consulant. Magn. Dn. Seruv. in tract. de V. P. C. 6. p. 56. & seqq.  
7. Sequitur FAMA, quin autem illa rectè defendatur, nullum est du-  
biū: quia est illæsæ dignitatis status, & vitâ & moribus compro-  
batus, l. 5. S. 1. de extraord. cogn. & qui talem famam negligit,  
crudelis est. c. Nolo. q. 1. Est enim thesaurus inestimabilis, & sic-  
ut lilyum dans suavitatem odoris. Rol. à Valle. conf. 98. n. 49. vol. 4.  
quam homo pluris facere debet, quam omnia bona. l. 26. ff. Si  
quis omiss. caus. est. Vel oculos suos. l. 8. C. de decur. Proinde me-  
8. lius est nomen bonum quam divitiae multæ. Prov. 22. Hoc loco  
non inconvenienter, I. Q. An ob famæ defensionem quis oc-  
cidi

10

cidi possit? Hæc quæstio non perinde expedita est: pro utraque sententia speciosa satis adducuntur argumenta, & quælibet etiam suos defensores habet: Ego, salvâ aliorum autoritate Negantium sententiæ, ut de jure veriori subscribo. I. quia nulla inter verba & verbera multò minus effusionem sanguinis proportio. Harpr. in §. item Lex Corn. n. 88. Inst. de publ. II. Macula illa remediis judiciorum legumque ordinariis purgari ac elui potest, uti hoc ipsum vel de sola recantatione seu revocatione per injuriantem sive sponte sive jussu judicis facta, tam verum quam verissimum est; & Legislatores præcipue ad id incubuere quo calumniantium iniquitates expellerent, maximè cum fama & existimatio vel ipsi vitæ comparetur, imo nisi sacratissimæ leges calumnias malevolorum repellerent, vel uno sanè momento integrum etiam hominum turbam infamem reddere niterentur. B. Frantz. in Exerc. 12. Quod tamen eò non est extendendum, si judicis copia haberi nequeat, vel durissimum necessitatis telum, antequam ad judicem deveniamus aliud urgeat; tum enim quod summo jure, quovis etiam modo se contra famæ corruptores defendere possit indubitati juris est. II. Q. An honesta Virgo pro defensione pudicitiae attentatæ, stuprique amovendi causa, violentum stupratorem licite occidere possit? A. per l. 8. §. 2. quod metus caus. l. unic. C. de Rapt. Virg. l. 14. C. de Epis. & Cler. ac D. Hadrianus rescripsit de violento stupratore, eum, qui stuprum sibi vel suis per vim inferentem occidit, dimittendum. l. 1. §. 4. ff. ad L. Cor. de sic. Theod. dis. ult. thes. 2. lit. a. Ratio est, quia pudicitia & virginitas est res omni æstimatione major, ac dōs optima ac preciosissima, quæque semel amissa, perinde ut vita irreparabilis est. l. un. C. de Rapt. Brunnem. in comment. C. d. r. adeò ut eam ne Deus quidem possit restituere. per tex. expr. in can. 11. caus. 32. q. 5. quam ob causam stuprator violentus latroni æquiparatur. P. H. D. art. 119. in v. Und soll einen Räuber gleich/ ut & in verbis so jemand einer unverleumdbden Ehe-Frau/ Witwen oder Jungfrauen mit Gewalt und wider ihren Willen/ ihr jungfräulich oder fräulich Ehr nehmen &c. Adeoque famili-  
nam aut Virginem si stuprum violentum non nisi occidendo ayertere possit, peccare, si non occidat, cum videatur in stuprum.

con-



consentire *Magn. Dn. Struv. d.l. c. 5. p. 56. n. 3.* Cum enim Virginitas & pudicitia sit ex eorum numero, sine quibus, ut Seneca docet *l. 1. de benef. c. 11.* possumus quidem vivere, sed ut mors potior sit. *Qui convenit Const. Elect. 42. p. 4. in princ.* Es habent erbare Leute alle wege das Leben und die Ehre gleich geachtet/ce. Hinc ejus defensio cum alterius interfectione recte concessa est. Et meminit. *Bocer. Cent. 3. diff. 4. tb. 45.* Libidinosi cujusdam, qui quod ancillæ vitium per vim afferre laboraverit, virilibus II. est ab ea privatus. III. Hic dubitari contingit. An jus defensionis competit meretrici? N. Ubi enim cessat ratio legis, ibi cessat & ipsa lex; Atqui hic cessat ratio legis scil. pudicitia. E. Et ipsa dispositio legis i.e. defensio. Pudicitia namque non potest violari in ea quæ nullam habet, ut [meretrix], quippè quæ corpus & pudorem alienis libidinibus prostituit, sui copiam præbet, ultrò se stupro dat, passimque venalem formam exercet. *l. 20. C. ad L. jul. de adult.* *Magn. Dn. Schröter f. Cetus celeberrimus, Patronus & Preceptor meus summā veneratione dignus in resolut. LL.C. de Rapt.*

IV. *Q.* An Maritus habeat Legitimam defensionis pudicitiae causam, quando quis uxori invitæ & vi osculum rapit, aut amplexus imprimis si in loco suspecto, clam & sub tenebris fiat? Si quid pro Cathedra esset defendendum, affirmativa arridet sententia, ad rationes quæ me movent in disputationis conflictu exigenti dabitur responsio. Cæterum hæc L. D. pudicit. jure etiam competit I. Parentibus. *l. 54. in princ. C. de Episc. & Cler.* II. Maritis. *l. 4. l. 30. C. ad L. jul. de adulter.* *P. H. D. art. 142. ibi:* Da einer einen unkenschter Werck halber bey seinem ehelichen Weibe fünde &c. III. Sponso. *l. 15. §. 24. ff. de injur.* IV. Cognatis & Affinibus. *l. 54. C. de Episc. & Cler.* V. Tutoribus & Curatoribus. *l. un. C. de Rapt. Virg.* Sed si rationes hisce vellem apponere, facilius deficeret charta quam materia; remitto itaq; B. L. ad Autores qui hac de materia sparsim tractarunt.

#### CAP. IV.

### De Forma.

S. I. *F*orma nunc inspicienda venit, per quam res in esse suo constituitur, & sine qua, ne quidem incipit esse; quippè cum præcipua

19. n. 51. Est namque forma à lege præscripta ordinata dispositio, ordinans certos hominum fines. arg. l. 4. ff. de jur. fisc. quæ maximè necessaria est in L. D propterea ut defensoris finem ita ordinet, ne sub prætextu juris defensionis injuria, vindicta & homicidia illicitæ oriantur. Consistit autem secundum communem Interpp. & Pragmaticorum assertionem in MODERAMINE INGULPATE TUTELÆ, cujus requisita sunt tria. scil. I. MODUS, II. CAUSA & III. TEMPUS. vid. Dn. Carpz. Pr. Cr. p. 1. q. 28. n. 20. Gail. de P. P. c. 16. n. 17. Damboud. c. 76. n. 13. Schneidew. §. 1. n. 15. l. aë j. N. G. & C. Perez. ad tit. C. quand. lic. unic. n. 4. Magn. D Richter p. 1. dec. 2. Magn. Dn. Struv. in S. I. C. diff. 4. tb. 35. Magn. Dn. Pres. Comment. ad ff. T. II. P. II. pag. 136. n. 23. Primum itaque requi-  
situs MODUS scil. quod attinet, ille consistit principaliter in eo, ut inter defensionem & offensionem sit justum æquilibrium, pro-  
portio & paritas, ita ut offensioni respondeat defensio, adeoque  
qualis illa, talis & hæc esse debet, v. c. si me quispiam invadat  
inermis, sed pugnis tantum bellaturus; inermis quoque me de-  
fendam, ac illi pugnis tantum resistam oportet, id est, non est mi-  
hi licitum illum percutere gladio, ob verbera enim non pericu-  
losa non licita est occisio. Magn. Dn. Struv. c. 4. p. 37. n. 9. Landr.  
lib. 3. art. 78. n. 10. vers. Denn wer dich mit Fäusten schläget/ den  
solstu nicht mit einen Schwert wieder schlagen/ &c. Nisi sit ille  
me multò major & fortior, ac plus pugnō possit, quām ego ense,  
tunc armis contra inermem uti licet, nec propterea moderamen  
inculp. tur. excedo. Dn. Carpz. d. l. n. 26 Wiesenb. cons. 19. n. 57.  
p. 1. Facit. Gloss. juris Saxon. art. 87. verb. Ob die Nothwehr. vers.  
Es wäre denn daß sich einer anders nicht retten könnte/ sondern  
würde gezwungen seinen Leib/ wie er möchte/ zu fristen. Hisce ad-  
umbratis, pauca dicenda sunt de hac Q. An paritas armorum  
requiratur? R. N. cum. Wiesenb. diff. 3. tb. 9. Schultz. in Synops.  
Inst. p. m. 455. Carpz. d. l. n. 27. Magn. Dn. Struv. d. l. p. 44. n. 4.  
Magn. Dn. Straub. diff. 29. aph. 7. I. Quia defensio in conti-  
nenti fieri debet uti §. 10. dicetur, quomodo autem defensor sibi  
semper de paritate armorum prospicere poterit? quid? quod  
si non nisi paribus armis cum aggressore congredi, sequi tueri li-

C ceret,



ceterū, sāpē invasus ejusmodi armis destitutus" periculum immi-  
nens avertere non possit. *Theodor.* in *Coll. Crim. diss. fin. t. b. 5. lit. c.*  
II. quia nullibi LL. necessariæ defensioni præscriperunt armo-  
rum æqualitatem, sed invasus quocunq; telorum & armorum  
genere contra invadentem & injustè vim inferentem se defende-  
re potest. *l. 52. S. 1. ff. ad L.* *Aquil.* *l. 3. C. ad L.* *Corn.* de sic.  
III. quia stultum esset, si quis firmioribus armis se defendere  
posset, his abjectis suæ salutis oblivisci. *Coras.* in *l. 3. ff. de j. & j.*  
*Bocer. lib. 2. de Duello.* *c. 10. n. 56.* *Obrecht.* de N. D. C. 10. n. 6. 7.  
*Dissent.* *Farinac.* in *Pr. Cr. p. 4. tit. de homic.* q. 125. n. 354. *Card.*  
4. *Tusch.* *T. 2. lit. D. concl. 131. n. 17.* Commodè hic Q. posset: An  
aggressor si velit alicui alapam infligere armis repellere &  
occidi possit? sed hanc Q. decidere hic non lubet, verum  
brevit. causa remitto *B. L. ad Damboud c. 79. n. 1.* *Carpz. d. l. q.*  
3. *30. n. 34.* Hinc ardua & in utramque partem diu agitata Q. ex-  
surgit quæ mirè torsit *Dd. Capita.* An in dubio vitæ discrimine  
constitutus, cedere cogatur, & fugere? mihi per distinctionem  
meam exponere mentem placet. Aut fuga est periculosa, aut  
non est: Priori casu non tenetur, si scil. fugienti imminaret fu-  
giendo periculum scil. cadendi; aut quod fugiens ab adversario  
in sequente posset citius comprehendendi, & à tergo accepto vulne-  
re necari, ob velociorem in sequentis cursum, quem fugiens me-  
tuit. *Bart. l. 1. C. unde vi.* *Obrecht. c. 10. n. 10.* *Alex.* in *consil. 109.*  
*n. 8.* idem dicit Zenzelinus, si fuga esset vituperium aggresso alla-  
tura. v. c. si rusticus aggrediatur militem, tunc miles non tene-  
tur fugere, ratione hac movetur Zenzelinus quod hæc æquipa-  
rentur non posse absolutè recedere, & posse, sed non nisi cum  
dedecore recedere. *arg. l. 10. ff. ex quibus caus. maj.* Facit. *P. H. D.*  
*art. 140. vers.* Und der benötigte kan füglich nicht entweichen  
ohne Fährligkeit oder Verlegung seines Leibes/Lebens/Ehr und gu-  
ten Leumuths/&c. Accedit, quod in *l. 1. S. 27. ff. de vi & vi armat.*  
dicitur. *Vim vi, arma armis esse repellenda:* repellere autem non est  
fugere, sed vim vi à se avertere. *d. l.* quod non pedum celeritate,  
sed aliâ vi objectâ fieri possit. Periculose enim est, imò igno-  
miniosum, turpiter fugere, & instar leporis salutem pedibus com-  
mittere; *arg. l. 15. de cond. inst. l. 125. de. V.S.B. Frantzk. exere. 12.*

q. 6.

40

q. 6. n. 7. Damb. d. l. c. 76. n. 9. Magn. Dn. Richter Vol. 2. cons. 311.  
n. 10. f. 1404. ubi totam banc Q. nervose non minus quam copiose re-  
solvit. Posteriori casu quando scil. fuga non est periculosa & is 6.  
commode & tuto fugere potest, tunc fugere tenetur. Dn. Frantz. k.  
d. l. n. 24. Magn. Dn. Struv. c. 4. p. 44. n. 5. ita ut si non aufugiat,  
homicidium punibile committat, & haec sententia probatur.  
l. 45. §. 4. ad L. Aq. Damboud. d. l. n. 9. V. c. Si quis, cum pro  
foribus suis staret, potuerit adversarium minitantem & ad se  
pergentem arcere, occluso ostio adiunctum suatum, id vero non facit,  
sed resistendo ac se defendendo, occidit eum, qui absque dubio  
modus. inculp. tut. excedit, adeoque ob excessum extraordinaria  
pena plectendus est. Dn. Carpz. d. l. q. 30. num. 63. & seqq.  
Verum enim vero sunt nonnulli casus, quo quis ex fuga ignomi-  
niā contrahit, v. c. Servo cui reprehensibile, dominum suum  
in vita periculo constitutum relinquere. l. i. §. 31. & 35. l. 19. ff.  
ad Sct. Syllan. Vasallo probrosum est, si dominum suum in pra-  
lio dimittat. l. F. 5. in pr. 2. F. 6. 7. & 24. §. it. qui dominum. Carpz.  
d. l. n. 62. Et turpe marito, si adulterum domi deprehensum, ar-  
misque resistentem fugiat, eumque cum uxore relinquat. arg. l. 2.  
§. 2. l. ii. §. sacer. ff. ad L. jul. de adult. eadem res est cum militi-  
bus ut antea dictum. Hieron. Cuchalon in addit. marginal. ad Dec. ad  
l. 50. ff. de R. J. num. 8. lit. b. Sed iura haec, cum sint singularia, non  
temere ad consequentiam produci debent. Hactenus dictum 8.  
de primo requisito, jam considerandum est secundum modus. in-  
culp. tut. quod est CAUSA. quae consistit I. in injusta insultatio-  
ne aut offensione. Nam ubiunque vis atque offensio est licita  
atque justa, ibi defensio est injusta atque illicita. Unde sontes  
& delinquentes officialibus & apparitoribus, a quibus ad carce-  
res aut penas ducuntur, resistere, leque adversus eos defendere  
nequeunt. P. H. D. art. 140. ubi habetur. So einer jemand mit  
einem tödlichen Waffen oder Wehr überlässt/ansieht/oder schlägt.  
II. Talis debet esse insultatio, per quam insultatio periculum  
mortis imminet. Schultz. in Synops. Inst. de L. Aquil. p. m. 452.  
III. Si insultatus periculum mortis aliter quam adversarium  
occidendo, evadere non possit: Si itaque aggressorem facile re-  
pellere potes, non est quod cum interficias, si fugiat, non est

C 2

quod



quod cum sine causa persequaris, si vim absque cæde repellere potes, cædem ne perpetras. Perez. ad T. C. quand. lic. un. fin. jud. l. 45. §. 4. ad L. Aquil. ibi. cum aliter se tueri non possunt. Quando autem quis dicatur observasse moder. inculp. tut. vel limites L. D. difficile est definire, cum & legibus non sit definitum, proinde Prudentis judicis erit animadvertere, quando insultato aggressio periculosa fuerit, & quando steterit in finibus defensionis. Salom. in l. 3. de j. Et j. Zaf. in d. l. 3. n. 12. Menoch. lib. 2. de A. I.

9. Q. C. 277. Perplexæ Quæstionis est. An solæ minæ vi repelli possint? R. N. Sunt enim minæ verba tantum, & verba verbis repellas oportet, non factis: tamque gravem offensionem non habent ut ob eas solas alterum cædere liceat, Obrecht. c. II. n. 15. Theodor. disp. fin. tb. 5. lit. E. Damb. c. 76. num. 19. alias occidens à pæna homicidii non est exemptus: nisi certè minitator jam jam lese pararet ad minarum executionem v. c. Manus ad gladium admovendo, gladium stringendo aut enudando, traconem bombardæ attrahendo, hastam arripiendo, Lapides levando, adjutorium convocando, sua arma adferri curando. Carpz. d. l. q. 29. n. 58. vel consuetus esset suas minas illico executioni mandare. l. i. ibi minatur. C. quand. lic. unic. ubique enim in vita periculo versamur, vel cunctatio periculosa est, prævenire justæ defensionis est. d. l. unic. Cæterum aliud etiam remedium superstest, ut ille qui in periculo sit petat cautionem de non offendendo, vel etiam bene vivendo, atque ita M. Mart. 1622. in Colleg. jurid. hujus loci C. Kranzen Ambtschreibern zu Eisenach responsum fuit: Das Jacob Rauch: Bis so lange er der Betrohung halber einen genugsamten Vorstand bestelle, ferner in Verhafftung zu halten und nach auffgerichteter caution &c. Magn. Dn. 10. Richter V. 2. conf. 350 f. 1022. n. 9. Sequitur nunc tertium requisitum quod est TEMPUS, requirens ut defensio fiat non ex intervallo & postquam jam pugna sedata est, quia tunc non est L. D. qui enim ex intervallo illatam vim repellit, cogitatio id, & ad ultionem fecisse censetur l. 45. ff. ad L. Aquil. Sed confessim & incontinenti, l. 3. §. 9. de vi & vi armat. l. 17. eod. l. 52. §. 1. ad L. Aquil. l. 12. §. 1. quod met. caus. Germ. auf frischer That/ auf frischen Fuß/ zur Stund/ unverzüglich. idem sentit. Gloss. Germanic. juras

10

juris Sax. in art. 78. lib. 3. LandR. n. 10. in verb. Ob die Nothwehr vers. Zum andern gehöret darzu ibi. daß die Nothwehr in der frischen That und auf frischen Fuß geschehe. Wesenb. cons. 19. Berlich. p. 2. concl. 13. n. 40. & seqq. Ratio est, quod cessante vi, casset necessitas, cessante necessitate, casset etiam jus L. D. Magn. Dn. Struv. d. tract. c. 4. p. 43. Et hoc est in continenti fieri, II. quando insultatus, in ipso aggressu atque in pugnae continuo ne, flagrante adhuc offensione & conflictu, non divertendo ad alios actus insultantem seu aggressorem vel vulnerat vel occidit. Carpz. d. l. q. 31. n. 22. Hinc cum Titius aggressorem suum à quo percussus fuerat, præterlapsa horâ dimidia post offensionem propè januam expectans, illum cultrō perfoderat dictata fuit fustigatio. Magn. Dn. Praeses C. ad ff. T. 2. P. 2. pag. 237. num. 35. Vel si quidam, dum pugnis invicem conflictati essent domum iret, & gladium afferendō percutientem domum euntem insectaretur & occideret, hic pena gladii afficitur. Magnif. Dn. Praeses d. l. & hoc non est in continenti fieri, illud autem procedit quoad defensionem personæ, secus est quoad defensionem rerum, quo casu effusius & latius dicitur quid esse factum in continenti. Gail. lib. 1. de P. P. c. 16. n. 17. Tandem Q. An quis primum ictum exceptare teneatur. N. melius enim est occurtere in tempore, quam post vulneratam causam remedium querere, & à plaga accepta tandem se vindicare. l. unic. C. quand. lic. unic. Nam vis impendens justè repellitur, eam verò quæ illata est, repellere amplius nequimus; cum post receptam percussionem repercutere vindicta sit, non defensio, siquidem defensionis est prævenire, cavere, protegere, resistere ne vapules. Salom. in l. 3. de j. & j. n. 8. l. 3. C. ad L. cor. d. sic. P. H. D. art. 140. verb. Ist auch mit seiner Ge genwehr bis er geschlagen wird zu warten nicht schuldig. Fieri enim potest ut ictum non evadat sed eo statim trucidetur, vel ita lædi potest, ut facultas defendendi nulla reliqua foret. Dn. Carpz. Pr. Cr. P. 1. q. 29. n. 57. Quid? quod nemo est quem arma & gladius evaginatus non deterreant. Plura sane essent dicenda de hac Q. sed præstat tacere quam pauca loqui. vid. Damboud. c. 76. n. 5. Magn. Dn. Richter. V. 2. cons. iii. n. 7. f. 140s. Pro gredior nunc ordine sic juvente ad

## C A P . V .

## De Fine &amp; Effectu.

§. 1. Finem L. D. dupl. statuo, PRINCIPALEM & MINUS PRINCIPALEM. Principalis, quem defensor primariò sibi in animo habet propositum, est tutela & corporis. l. 3. de j. & j. ibi: ob tutelam corporis. l. 45. §. 4. ibi: se tueri. ad L. Aquil. & rerum l. 3. §. 9. ff. de vi & vi arm. l. 54. §. 2. ff. de furt. Minus principalis est vel vulneratio & debilitatio. clem. un. ibi: mutilate invasorem de homic. vel occisio aggressoris. l. 4. l. 5. ff. ad L. Aq. l. 3. C. de sic. p. H. D. art. 139. verb. In solcher Nothwehr entleibt. Aggressor enim animadvertens se non aliter vitam suam contra vim ac injuriam alterius defendere posse, jam præter intentionem pri- mam eò incumbit, ut invadentem vel vulneret vel occidat. l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. defendantis enim intentio principaliter di- recta est ad salutem propriam, & secundariò duntaxat ob necessi- tatem inevitabilem ad alterius occisionem. Reliqua propter chartæ angustiam intra quam me coarctavi omittens, aggredior.

2. EFFECTUM, qui iterum est duplex, PRINCIPALIS ET ACCIDENTA- LIS. Principalis est Salus proprii & alterius corporis, imò & alterius & nostrarum rerum, atque hic oritur per se ex intentione defensoris. Accidentalis est vulneratio & occisio. Contingit enim nonnunquam ut defensor, quando se legitimè defendit, alterum occidat. Cæterum ad hunc effectum accedit & aliis, nempè impunitas defensoris, qui enim in L. D. aggressorem vul- nerat & debilitat, vel planè occidit, ille nec pænam homicidii or- dinariam, nec aliam arbitrariam incurrit, quia quod facit, jure fecisse existimetur. l. 3. de j. & j. l. 3. §. 7. ibi: nec enim injuria hoc fecit. ff. de incend. ruin. l. 2. ibi: nullam ob id factam calumniam. 3. metuere debet. l. 4. ibi: jure casum videri. C. ad L. Cor. de sic. Imò cuivis vim suæ vitæ à quocunq; injustè illatam, vi contraria repellere licet, etiam adhibito mod. inculp. tut. cum internectione illius, qui vim intulit, vide post alias. Dn. Carpz. d. l. q. 28. & confirmat hoc p. H. D. art. 139. Welcher eine rechte Nothwehr zu Rettung seines Leibes und Lebens thut/ und denjenigen/ der ihn also benöthiget/ in solcher Nothwehr entleibt/ der ist darum nie-

manb

40

mand nichts schuldig. & art. 140. ibi. Der mag sein Leib und Leben  
ohne alle Straff/ durch eine Gegenwehr retten. Ei namque est  
ignoscendum, qui qualitercumque sanguinem redimere potest.  
l. i. inf. ff. de bon. eor. qui ant. Nam qui jure suo utitur, dolô non  
facere videtur. l. 55. de R. I. quod enim legitimè fit pñnam non  
meretur, & hac ratione homicidium dicitur justum, quod fit lege  
permittente. Berlich. p. 4. concl. 12. n. 1. 2. Et culpa caret tam in  
foro poli quam in foro loli, adeoque coram Deo justum & excu-  
satum est. Carpz. q. 28. n. 10. Hocque probabo sequent. Syllog. 4.  
Quicunque facit ea, quæ mandat Deus, natura jubet & Magi-  
stratus præcipit ille non peccat. Sed talis qui cum mod. inculp-  
tut. ob defensionem corporis & rerum aliquem occidit, facit ea  
quæ mandat Deus, natura jubet &c. E. non peccat. Cæterum  
si moder. inculpat. tut. legitimè & strictè quis oblervârit ac nul-  
lum planè excessum in eo commiserit (quod certè probare diffi-  
cillimum est. teste Georg. Rotschiz in proc. part. 2. art. 3. num. u.)  
ille neque de expensis, neque de ullo damno occisi heredibus te-  
netur, sed ab omni pñna (& ita à solutione Wergeldi & mulctæ  
60. solidorum) est exemptus & immunis. Cöl. in P. E. p. 1. c. 9.  
n. 63. Carpz. d. l. q. 27. n. 59. & q. 28. num. 30. & seqq. Magn. Dn.  
Pres. comment. ad ff. T. 2. P. 2. p. 236. n. 24. & ita m. dec. an. 1637.  
in Scabin. Jenensi ad consultationem J. S. S. R. S. judica-  
tum fuit. Dass erwehnter Regiments-Quartiermeister die von  
ihm vorgeschüchte Nothwehr zur genüge erwiesen und beybracht/  
daher er von angestellter inquisition zu absolviren und zu entbin-  
den/ auch wegen der an G. S. begangenen Entleibung ohne einige  
Kahr und Wandel zu lassen. V. R. W. eodem modo A. 1640.  
J. Facio Questori zu Gräfenthal responsum fuit: Wurden die  
Summarischer weise abgehörte Zeugen ihre Aussage/ immassen  
sie zu thun schuldig mit einen leiblichen Ende bestercken/ so ist so  
dann bemelder L. gestalten Sachen nach/ von angestellter inqui-  
sition zu entbinden/ auch mit einiger Straffe nicht zu belegen.  
V. R. W. plura exempla suppeditat. Dn. Carpz. d. l. num. 45. &  
seqq. Magn. Dn. Richter/ Part. 1. dec. 2. Dissent. Dan. Möll. in com-  
ment. ad. const. Elect. Sax. P. 4. c. 11. n. 1. Berlich. p. 4. concl. 12. n. 4.  
Zobel. p. 4. differ. 29. n. 6. Fachs. differ. 62.

CAP.



# De Affinibus & Repugnantiis.

S.i. **E**T ita absolvit quoque effectus L. D. ne tamen quid desit, per paucis subjungere lubet AFFINIA, quibus denique REPUGNANTIA annexere mens est. Cum L. D. igitur affinitatem habet I. Defensio brutorum, quia tam feris, quam hominibus ipsa. Natura prescripsit, ut omnem semper vim quacunque ope possent, a corpore, a vita sua propulsarent, ut id ipsum sic sat luculentiter deducit Cicero lib. i. de offic. Principio, dicens, generi animalium omni est a natura tributum, ut se, vitam corpusque tueatur &c. Differt tamen defensio brutorum a defensione hominum; ratio solida haec dari poterit, quia naturalis ratio hominem ad defensionem incitat, eidemque certum prescribit modum, extra quem prodire nefas est. Cetera vero animalia etiam se defendunt instinctu naturae adversus imperium, sed quantum percipi & sentiri ab iis potest, & ita illorum defensio a solo appetitu sine ratione proficiscitur, bestiae enim juris perinde a rationis fonte expertes. II. Defensio judicialis. Nam haec vel propriæ vel alienæ defensionis causa suscipitur; & iterum discrepat def. judicialis a L. D. illâ enim ordinarium habet remedium, haec extraordinarium. Non autem siccō pede prætereunda sic latagitata illa apud Politicos Q. Num aliquem provocare ad Duellum liceat. N. Duella enim omni jure sunt prohibiti, sed quod provocans contra Deum, Magistratum, proximum & contra se ipsum peccet, ut pluribus probant. Obrecht. c. ii. n. 39. Boccer. lib. 2. de Duell. Berlich. p. 4. concl. 16. Ubicunque enim suppetit remedium juris, ut vindicta in judicio per legitimos tramites juris, cessare debet via facti. Cöler. de P. E. p. 1. c. 5. n. 32. nec quicquam evocati existimationi & honori (ut vulgo putant) detrahitur, si non compareat, & duellum suscipere detrectet, multò minus provocatus non comparendo infamia contrahit: Ea enim vel juris vel facti erit, juris non esse poterit, quia Lex ob turpe aliquod commissum eam irrogat, E. facti? non, quia homines graves, boni & honesti non infamia, sed laude dignum detrectantem.

cen-

40

ēensemebunt. Proinde provocatus comparere nec debet nec potest,  
sed potius contra provocantem judicio experiri. *Bocer. d. l. Dn.*  
*Carpz. Pr. Cr. P. i. q. 29. n. 71.* & seqq. Imò laudabiliter in Gallia  
superioribus annis per proximè defunctum Regem sancitum, &  
moderno Regis nomine renovatum est, ut uterque (*provocans*  
& *provocatus*) sine respectu personarum æquali supplicio affi-  
ciatur, & si fuga alteruter elapsus sit, imago absentis de patibulo  
publicè suspendatur. *E. Frantz. in exerc. 12. p. m. 754.* Totam  
hanc duelli & monomachiz materiam resolvit. *Bocer. d. lib. 2.*  
*Virgil. Pingitzer. Q. S. 59.* ubi prolixè ostendit provocandi con-  
suetudinem etiam in Academiis inter Scholares hodiè nimium  
frequentem esse; consule hic *Magn. Dn. Präf. Jctum celeberrimi-*  
*num in insigni suo Tractatu de Priv. Studios. cap. XI. n. 7.* & seqq.  
Hic breviter annexere placet quid de poena provocationis ha-  
bendum sit, præprimis si unus imperfectus fuerit, & quidem pro-  
vocatus occidens provocantem ad duellum extraordinariè puni-  
tur. *Conf. Elec. 10. p. 4.* ibique *Dan. Möll.* Si autem provocatus  
a provocante imperfectus fuerit, hunc ut homicidam puniendum  
volunt *Dd. Möll. d. l. n. 12. de Studiosis.* vid. *Dn. Carpz. in Juris-*  
*prud. Forens. P. 4. conf. 9. defin. 5. per tot.* Restant. adhuc expe- 40  
dienda REPUGNANTIA. Repugnat autem L. D. quando quis non  
observat moderamen, sed terminos excedit, illud autem fit mul-  
tis modis. Verum quis vellet omnes modos pro merito enarra-  
re? dies sanè citius quam materia desiceret, quapropter ad evi-  
tandam tantummodo majorem chartarū prolixitatem, frequen-  
tiora addam. I. Modus est quando quis lethaliter aliquem vul-  
nerat vel etiam cum interneccione alterius vim propulsat, cùm  
leviori plaga aut sine cæde repelli potuisset. II. Quando quis  
fraudulenter excedit moderamen defensionis, animo doloso ag-  
gressorem occidendo, talis enim planè in terminis defens. non  
est. III. Quando insultatus in nullo prorsus periculo constitu-  
tus aggressorem occidit. IV. Si quis pugno, baculo vel alio mo-  
do percussus armis & gladio resistat, ac insultantem interficiat,  
cum tamen aliter sese defendere & mortis periculum effugere  
posset. V. Si quis post aliquid spacia aut intervalla aliquem in-  
terimit, tunc vindicta est æstimanda. VI. Si quis pugnā  
sedatā,

D



sedata, vi adhuc instat, ac invasorem post illatam vim vel suā  
spontē vel armorum metu fugientem celeri cursu insequitur &  
5. interficit. Verūm circa hæc quæ dicta, solet suboriri non inuti-  
lis. Q. An ille, qui non observat moderamen inculp. tut. & ag-  
gressorem occidit, pænā ordinariā homicidii sit plectendus? Nō.  
Rationes autem quæ me movent sequentes sunt. Quia in illo  
non præsumitur dolus & animus occidendi, sed potius defen-  
sionis necessitas, quæ dolum excludit. Obrecbt. c. 13. n. 16. Dn.  
Carpz. pr. Cr. p. 1. q. 19. n. 3. Magn. Dn. Struv. d. l. c. 4. p. 50.  
Vulnera enim non dantur ad mensuram, nec quis stateram in ma-  
nu habere potest, ut non aliter offendat, quam velit, imò intenso  
dolore commotus non censetur habere plenitudinem intel-  
lēctus, quia instantis periculi metus improvisus rectum judicium  
tollit. Bocer. lib. 2. de duello c. 20. n. 60. Eaqué communis ac  
unanimis est Dd. opinio. Gail. l. 1. de P. P. c. 16. n. 11. & l. 2. O.  
110. n. 5. Berlich. P. 4. concl. 18. n. 1. Theodor. disp. fin. tb. 7. lit. B.  
6. Proinde non potest puniri à judice tanquam dolosus, sed veluti  
errans culpæ obnoxius. Ordinaria igitur non punitur, sed pænā  
extraordinariā Magn. Dn. Straub. vir incompambilis dissert. 29.  
aph. 7. Et si excessus Moder. inculp. tut. est modicus, tunc in-  
terdum saltem tenetur solvere Werigeldum, interdum incarce-  
ratur, multatur, vel ad tempus relegatur, (cum pænæ potius  
moliendæ quam exasperandæ, semperque quod benignius acci-  
piendum sit. l. 32. l. pen. ff. de pen. l. 155. de R. J. ) sin autem ma-  
gnus & dolosus est excessus, tunc occidens fustigatur & in perpe-  
tuum relegatur aut manus amputatur. Const. Elec. P. 4. Const. 8.  
ibique Möll. & alii. Berlich. d. l. Gail. d. l. n. 15. Damboud. c. 76. n.  
20. Dn. Carpz. d. l. q. 29. n. 13. 14. 15. 29. 37. Magnif. Dn. Richter/  
P. 1. dec. 2. n. 7. Magn. Dn. Pref. C. ad ff. T. 1. P. 1. p. 17. n. 47. &  
T. 11. P. 11. p. 236. num. 25. Sed calame quo exurris! in orbitam  
redi, itaque tandem ad

## CAP. VII.

### De Probatione L. D.

5.1. **C**olophonem denique disputationis meæ imponam necessum  
est, quapropter de probat. L. D., aliquid subnectens, paucis  
rem

10

rem expeditam dabo. Hęc autem probatio summę necessaria  
est, non enim confessim fides adhibetur alleganti L. D. sed reus  
ipsam probare tenetur, defensio enim est facti, facta autem pro-  
bari debent l. s. C. de injur. idq; expresse sancitum à Carolo V. in  
P. H. D. art. 141. So legt das Recht dem Thäter auf solche be-  
rühmte Nothwehr obgemelter massen zu Recht genug zu beweisen/  
beweist er die nicht/ ex wird schuldig gehalten. Loquitur autem hic  
art. de reo qui confitetur homicidium, sed adjicit se defendendi  
sui causā id fecisse, uti ex verbis patet, welcher sich aber nach Er-  
findung der That einer gehanen Nothwehr berühmet oder gebrau-  
chen will/ &c. Duo igitur requisita L. D. sunt probanda. nim. 2.  
1. Injusta ac violenta aggressio. & 2. justus modus defendendi  
observatus, daß es eine rechte Nothwehr sey gewesen. Cum enim  
illa duo ad L. D. requirantur, necesse est, ut qui dicit se illa obser-  
vasse, probet. *Damboud.* d. l. c. 76. n. 3. & 4. *Gail.* d. l. num. 14.  
*Dn. Carpz.* d. l. q. 33. n. 17. Probantur autem illa requisita vel per  
TESTES, PRÆSUMPTIONES ET CONJECTURAS. TESTES, cum diffici- 3.  
lis hęc res sit probationis & innocentiam attinet, admittuntur  
ii quoque, qui alias minus sunt idonei & suspecti v. c. Frater pro  
fratre, Dominus pro servo, Civitas pro Cive, Abbas pro Mona-  
cho, consanguineus pro consanguineo, domesticus pro domesti-  
co & vice versa. *Boer.* dec. 165. n. 7. *Cravett.* cons. 119. n. 9. lib. 1.  
*Bocer.* lib. 2. de duello C. 10. n. 81. *Gail.* lib. 1. de P. P. c. 16. num. 22.  
*Dn. Carpz.* d. l. num. 41. *Magn.* *Dn. Struv.* de V. P. c. 4. n. 6. Quid?  
quod etiam unicus testis ( nedum duo vel tres ) ad probandam  
L. D. sufficit quoad liberandum reum ab ordinariā poena. *Magn.*  
*Dn. Rict.* Vol. 2. Cons. 101. n. 6. f. 447. *Magn.* *Dn. Praes.* C. ad ff.  
T. 1. P. 1. p. 16. n. 46. & T. 2. P. 2. p. 238. n. 42. Mulieres etiam, 4.  
quamvis alias in causis criminalibus præsertim de jure canonico  
c. 17. *Caus.* 23. q. 5. non facilè ad testimonium admittantur, in pro-  
banda tamen L. D. rectè admittuntur, atq; ita à Scab. Lips. m. sept.  
A. 1573. pronunciatum fuit. *Berlich.* P. 4. Concl. 14. n. 24. his te-  
stibus annumerantur & ii, qui de credulitate tantum deponunt,  
plenaq; fidem faciunt: puta si dicant se existimare vel credere  
homicidium ad defensionem esse commissum; ac tantum credi-  
tur duobus testibus factum negantibus, quantum duobus affir-



mantibus. *Gail.* d. l. n. 23. *Carpz.* d. l. n. 42. imò testes super negativa deponentes, hoc in casu affirmantibus præferuntur. *Wesenb.* conf. 119. n. 40. *Magn.* Dn. *Præses*. d. l. Et si duo testes pro Reo de-  
5. ponunt, ab omni pœnâ tunc liberabitur. *Dn. Carpz.* n. 44. Deficiente testiū probatione ad PRÆSUMPTIONES ET CONJECTURAS recurritur. l. 45. §. 3. ff. ad L. Aq. Berlich. n. 18. *Magn.* Dn. *Richt.* Vol. 2. Conf. 345. n. 4. f. 1014. PRÆSUMPTIONES autem aliae sunt fortiores aliae leviores. Ob fortiores & sufficientes æquum est ut reus absolvatur. *P. H. O.* art. 143. Wo die Vermuthung der Nothwehr wieder die bekändliche That statt haben soll/ so muß dieselbige Vermuthung gar gut/ stark beständige Ursach haben ic. Ob leviores, magis tamen quām semiplenæ probantes, juramentum suppletorium (cum debita tam circumspecione, ne perjurii detur occasio) deferri potest. *Magn.* Dn. *Richt.* d. l. Cors. 101. n. 4. f. 476. *Magn.* Dn. *Præses* T. 2.  
6. P. 2, pag. 235. n. 43. Sumuntur autem præsumptiones ex genere armorum, loco ubi cædes facta dicitur, tempore, persona, inimicitiis præcedentibus, vulneribus utrinque acceptis, aliisque circumstantiis, antecedentibus & consequentibus, vid. idem art. in princ. So einer iemand entleibet/ daß niemand geschen hat/ und will sich einer Nothwehr gebrauchen/ die ihm die Kläger nicht gestehen/ in solchen Fällen ist anzusehen der gute und böse Stand ieder Person/ die Statt da der Todtschlag geschehen ist/ was auch ieder für Wunden und Wehr gehabt/ und wie sich ieder Theil in der gleichen Fällen vor und nach der That gehalten habe ic. quæ omnia accurato judicis arbitrio committuntur. *Gail.* n. 22. Sic etiam, si quædam indicia sunt pro reo, quædam contra reum, in leviorum absolutionis partem declinandum est. *Wesenb.* in Parat. ff. ad L. Corn. de sc. n. 22. Satius enim est impunitum relinqui facinus no-  
7. centis, quām innocentem damnare. l. 5. ff. de pænis. CONJECTURÆ ita comparatae esse debent, ut à dolo occisorem purgent, eundemque pœnæ homicidii eximent. Sic innocentiae favore creditur vulnerato, excusante vulnerantem in mortis articulo. *Gail.* n. 23. Sic conjecturæ, quæ occisum aggressorem fuisse arguunt, enumerauntur à Dd. satis multæ; utpotè si occisus perversæ vitæ, naturæ rixosus, aggressuras facere & arma portare solitus fuerit, si arte gladiatoriâ exercitator, viribus robustior, staturâ major, animo fero-

101

ferocior, ætate junior, si à superstite injuriâ aliqua ante affectus,  
si comminatus, si inimicus fuerit &c. quæ omnia latius persequi-  
tur & allegationibus confirmat Bocer. tract. de Duello c. 10. n. 85.  
Farin. Pr. Cr. P. 4. tit. de homicid. 14. q. 125. part. 7. §. 2. n. 436.  
Bernb. Grev. lib. 2. concl. tract. 110. confid. 1. n. 47. & seqq. Dn.  
Carpz. d. l. q. 33. n. 50. & seqq. ad quos remisisse sufficiat. Quænam 8.  
verò ejusmodi præsumtiones & indicia sint, quæ defensionem  
aliquo modo probant, & reum à poenâ ordinariâ liberant, pro-  
pter varietatem ac multiplicitudinem factorum & circumstantiarum  
vix definiri potest, ideoque res tota hæc arbitrio judicis commit-  
tenda est. Facit P. H. D. art. 143. v. daraus san ein guter ver-  
ständiger Richter ic. Quod si verò reus nec Testes nec Præsumtio- 9.  
nes aut conjecturas aliquas præ se habeat, & ille L.D. probare ne-  
quit, eò quod vel nocte vel clàm testibus aut in via cædes facta sit,  
aut alioquin ignoretur, uter aggressor fuerit, occisus an occisor,  
tunc secundum communem Dd. opinionem ad eruendam verita-  
tem TORTURÆ est subjiciendus, ut confessio pura, simplex ac ro-  
tunda extorqueatur. Et ita m. jun. 1616. in Coll. Jur. hujus  
loci H. B. j. D. Responsum fuit: Dass inquisit in Mangelung  
seines Beweises mit der Peinlichkeit an zugreissen/ und vermittels  
der Schärfe zu befragen, V. R. W. Magn. Dn. Richt. Vol. 2. Conf.  
345. n. 7. f. 1014. Conf. Elec. P. 4. Conf. 8. ibique. Dan. Möll. &  
Berlich. Quando autem saltem quasdam probabiles conjecturas 10.  
pro se habet, ex quibus L. D. possit colligi, tunc magis arbitrariè  
est puniendus, quam torturæ subjiciendus. Magn. Dn. Praes  
Pracep. Patron. atq; promotor studiorum meorum post fata nun-  
quam non bononndus in C. ad ff. T. 2. P. 2. p. 255. num. 44.  
Si autem reus torturæ subjectus negationi inhæret & dicit se ho-  
micide sui defendendi causa commisso, eo ipso præsumtio-  
nem contra se purgari, proindè ab observatione judicii von dem  
Gerichtsstand absolvendus est. l. 16. C. de pan. l. fin. C. de probac.  
Obrecht. cap. ult. num. 42. Notandum verò hic (1.) Teneri ju- 11.  
dicem priusquam pænam decernat, ex officio in eam inquirere  
ne innocens indefensus maneat & graviori poena haud prome-  
rità puniatur. (2.) defensio probari potest quoqua tempo-  
re l. 18. §. 9. de quaest. licet prius negaverit quis homicide,

& non solum post causæ conclusionem, sed etiam post publicatam sententiam, in quâ pœna reo dictata. Videantur latius de probatōne L. D. Farinac. Pr. Cr. p. 4. tit. 14. q. 125. part. 7. §. 1. Mascard. de probat. concl. 490. Damboud. c. 76. num. 3. 4. Gail. lib. 1. de P. P. c. 16. n. 1. 10. 22. Obrechte. c. ult. Thedod. diss. ult. th. 5. Schultz. Synops. Inst. p. m. 458. Magn. Dn. Carpz. d. l.

Atque hæc sunt, quæ de hac ardua materia non quidem pro ejusdem dignitate, sed pro ingenii mei tenuitate componere & hisce pagellis includere volui; quod si forsitan in exasciando hoc opusculo cespitaverim, quod me fecisse ultrò fateor, peto ut B. L. veniam mihi concedat, scio enim, jam mihi parata judicia & censuras, sed Zoilum nihil moror, cui vulgare illud oppono

*Quod tibi vis fieri, mihi fac, quod non, mihi noli.*

---

## COROLLARIA.

### I.

**A**dvocatus in bona causa ad vincendum adversarium dolo bono uti potest.

### II.

**Q** Num advocato honorarium debetur, qui in causa succubuit? **A.**

### III.

**A**dvocatus quandoque cogi à judice potest ad præstandum patrocinium.

### IV.

**A**cquisita ab Advocato filiofamiliâ ad peculum quasi castrense pertinent.

### V. Ad.

V.

Advocatus non tenetur gratis officio suo fungi,  
operam suam aliis adhibendo.

VI.

Quod nocens quandoque absolvitur; innocens  
condemnatur, id non statim imperite & in con-  
sideratē ipsi judici vel JCto, multo minus Juris-  
prudentiæ, sed obscuritati facti impurandum.

VII.

JCtus malus non datur.

IX.

Dispositio juris Saxonici eatenus saltem valer, qua-  
tenus consuetudine & observantiā est recepta.

IX.

Stylus Curiæ & mos judiciorum habetur pro lege  
& intactus servari debet.

X.

Titius stupri vel adulterii causa Sejæ dedit 100.  
postea ductus pænitentiâ, pecuniam tanquam  
ob turpem causam datam vult condicere, Q.  
an possit? R. quod non.

XI.

Homine, ab alio lethali vulnere percusso, ab alio  
postea exanimato, prior non tenetur quasi oc-  
ciderit, sed quasi vulneraverit.

XII.

Sponsalia clandestina invitis parentibus contracta,  
si accesserit copula carnis aut benedictio Sacer-  
dotalis, rescindi non debent.

Sic



**S**IC juvat ASTRÆ sibi conciliasse favorem  
Spernendo vanum, noctesque diesque studendo.  
**A**uguror: hicce labor tribuet tibi præmia digna  
**A**lma manus Themidos nec te sine munere linquet.

*Benevolentia testandæ causâ cum voto omnigenæ  
prosperitatis bac adponebat*

**E**rnestus Fridericus Schröter/ D.P.P.  
& h.t. Facult. Jurid. DECANUS.

**D**um, quæ præsidio legum DEFENSIO JUSTA

Sit, nunc demonstras, dogmata clara doces,  
Laudo Tuos meritò conatus, laudo laborem,

Gratulor & summum, quod capis inde, decus,

*H*isce paucis Per-Eximio Dn. Respondenti, erudite & bujus  
Disputationis Autori, Auditori quondam suo perin-  
dustrio ex animo gratulabatur

**B**urchardus Henricus Tilemann,

J. U. D. & Advoc.

**E**n grausam Eiger darf vor Eiger nicht erbleichen/  
Ein giftig Drachen Zahn hau't and're Drachen nichet/  
Wenn hat ein reisend Wolff den andern hingericht?  
Doch töte ein zornig Mensch mit Mordt auf seines gleichen.  
Was Rath? Soll man sich denn nur bald ermorden lassen?

Soll man den reinen Geist dem Mörder stellen dar/  
Und wie ein Bluthund will sich schicken zu der Baar?  
Ach nein! die Noth erlaubt die Waffen auch zu fassen.

**D**ies lehret seine Schrift/ mein Freund/ aus allen Rechten/  
Die Gott/ Natur/ und selbst Justinian gesetz.

Sein Fleiß ward vormals schon von vielen hoch geschäkt:  
Nun bricht er an den Tag/ da Er ihn will verfechten.

Hiermit wolle dem Herrn Antwortenden

Glückwünschen

**V**alentinus Hoffmann aus Eisenach/ Stud. und iekiger  
Zeit der Löbl. Universität Jena Depositor.

• 8(0) 802

Jena, Diss., 1669




3

5.6.


VDM





## Farbkarte #13

B.I.G.



USPICE CHRISTO.  
O JURIDICA  
DE  
MA DE-  
SIONE  
Quam  
Consensu  
i Antecessorum Ordinis in  
Salam Academia.  
RÆSIDIO  
mi, Consultissimi etq; Excellentissimi  
LK. Beßmanns /  
ern-Trobra / JCti &  
, Consiliarii Saxonici Emi-  
alis, Facultatis suæ & Scabina.  
is Gravissimi,  
roni, & Mæcenatis Magni,  
filiali observantiâ colendi,  
JCTORUM  
m April.  
idianis consuetis  
mini submittit  
ERICUS Rauchmaul/  
thanus,  
RESPONDENS.  
ANNIS WERTHERI,  
DC. LXIX.